



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

IV. S. P. N. Francisci Borgia Præpos: Gen: III ad PP. & FF. Provinciæ
Aquitaniæ. Anno 1569. Mens. Apr. De mediis conservandi Spiritum
Societatis, & Vocationis Nostræ

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU,

IV.

S. P. N.

FRANCISC
BORGIAE

Præpositi Generalis III.
Unica.

Ad Patres & Fratres Provin
ciae Aquitaniae.

Anno 1569. Mense Aprili.

*De mediis conservandi Spiritum
Societatis, & Vocationis nostrae.*

*Caven- I.
dum, nè
anter fru-
ctus no-
stros pro-
germinet
zizania.*

ADventus PP. Procuratorum oc
casionem lætitiæ & jucunditati
in Domino magnam mihi præ
buit; cùm ex eorum relatione magis agno
verim providentiam singularem, qua divi
na Majestas tuetur & auget hujus vineæ sua
fructus: quæ licet novella, & non ità pri
dem confita sit, extendit tamen palmites us
que ad mare. Quò verò in dies magis pro
pagatur, eò clarius perspicere licet, eam fu

m turam ut granum sinapis, quod humili stirpe & tenui semine, tam brevi in tantam arborem crevit, quantam magna nostra cum voluptate miramur. Itaque immortales gratiæ præpotenti Deo agenda sunt, qui id amoris & studii servis suis impertit, quo o-

Psal. 1. 3.

C omnia quæcumque faciunt, prosperantur, & res multò felicius ex sententia geruntur, quàm ab iis unquam expectari potuisset: & quod longè maximum est, quia ex nostris incuriis elicit cautionem, & ex nostris calamitatibus bonorum nobis facit accessionem.

Vin Benedictus sit is, qui hanc vineam hoc miserimo temporum statu ad res tantas instruxit. Benedictus, qui in eam continuis cæli muneribus & beneficiis influit, unde tam ferax ejus propagatio cernitur, quàm liberalis fuisse creditur divinæ misericordiæ in ipsius plantatione beneficentia. Sed quia mos est una cum bono semine oriri inimica zizania, pertimescendum est, nè cum adoleverint, & multiplicatæ segetes terræ nostræ fuerint, major atque amplior fiat invidia, & confortetur malitia hostis, numquam ab inferenda calamitate quiescentis. Proinde curâ quàm maximâ pervigilandum est, nè quâ aditum zizaniorum satori, per quem segetes salvæ esse non possunt, ad agrum nostrum faciamus.

2. Quo-

Conferet

ad hoc 1.

Selectus

in admit-

tendis ad

Societate.

Prov. 18.

14.

2. Quocirca & pro onere quod sustul-
 neo, ac officio quod caritas exigit, Ne sceleris
 ris arguar, si reticuero, visum est quam
 visissime aliqua præmonere; quæ tamen
 modò minimè esse necessaria videbuntur
 non detuturum tamen puto tempus, quod
 Horum meminisse juvabit. Nam ex animis
 nobis accipienda sunt Dei munera, ut quæ
 illa fuerint majora, hoc gravius ingrati
 mi culpam metuamus. *Beatus enim homo
 qui semper est pavidus.* Propterea aliqui
 fallacias & artes callidissimi hostis aperiant
 quibus incautos circumvenire & capere po-
 set, nisi oculos aperiremus, eique nos viri-
 liter opponeremus. *Quia jacula prævi-
 minus feriunt.* Cùm ergo in campum no-
 strum zizania multis ac variis modis per-
 fraudem induci queant, eo tamen ex capite
 te maximè formidârim, si minimè nobis cu-
 ræ esset spiritum nostrarum Constitutionum
 retinere in admittendis ad Societatem
 nostram hominibus. Nam si alia intentio
 ne procedatur, quam quæ à nostris Consti-
 tutionibus requiritur, certissimæ ruinæ por-
 ta aperietur. Sanè si nulla habita ratio
 vocationis & spiritûs, quo quisque impulsus
 accedit, litteras modo spectemus, & alia ex-
 teriora talenta ac dona, veniet tempus, quo
 se Societas multis quidem hominibus ab-

un

undantem, sed spiritu & virtute destitutam
inœrens intuebitur: unde existet ambitio, &
sefe efferet solutis habenis superbia, nec à
quo contineatur & supprimatur habebit.
Quippe si animum converterint ad opes &
cognationes quas habent, intelligent illi se
quidem propinquis & opibus affluentes, sed
solidarum virtutum, ac spiritualium dono-
rum copiis egenos ac vacuos. Itaque hoc
primum esto consilium, & in capite libri
scribatur, nè tandem aliquando experientia
doceat, atque utinam nondum docuisset,
quod mens demonstratione concludit.

3. Jam verò quando Dei afflatu inspi-
rati, in nostram Societatem admittuntur;
æquum est eorum cooperari vocationi, &
per animi submissionem altiùs terræ de fige-
re, ac iis officiis sedulò exercere, quæ Do-
mûs Probationis sunt propria. Ex bono
namque Novitio, bonus existit Scholasti-
cus; atque ex ejus culturæ negligentia sæpè
contingit quod ædificiis evenire solet; quæ
si firmis careant fundamentis, repentiè cor-
ruunt, unaque cum ipsis omnes sumptuum
expensæ pereunt. Alterum enim ex duo-
bus sequetur, aut ut Novitius postquam
Scholasticus evaserit, & litteris animum ex-
coluerit, discedat à nobis; aut si maneat,
cùm neque sit ipse firmiter ædificatus, ne-

2. *Restain
Tirocinio
educatio.*

D

que

que aliis ædificationi, parùm quoque Re- gyp
gioni utilis sit futurus. Itaque celeritas cum
la & festinatio educendi è Novitiatu no- gn
dum maturos, damnum est certissimum min
quod quò latius serpit, hoc clarius ceredam
tur. Et in quo si obdormiamus, zizanite si
rum seminator non dormiet. tetu

3. Si ex-
perimen-
ta ritè ex-
erceantur.

4. Quapropter bene atque utiliter costat
locari illud tempus putandum est, quod ta c
instruendum & efficiendum operarium ing
vinea Domini utilem confertur: cujus mstas
nus tam præclarum & illustre est, ut ad dstru
clarandam magnitudinem perfectionis, quac p
ad illud requiritur, noluerit priùs Christi vol
Dominus initium concionandi facere, quàm mo
annos triginta natus esset, tametsi ejus sap ad l
entia in momento conceptionis æque per
eta fuerit, atque anno ætatis trigesimo. Qu pos
nomine congruenter convenienterque it esse
stituta existimari debet exercitatio illorum pre
experimentorum, quæ in Societate ordin tan
ria sunt: quippe cùm per illa quisque po per
sit & vires suas probare, & effrenes animo por
motus domare. Nam si quis illis haud est
quaquam sedatis, idem qui ante erat, cui per
Ægyptiis agere cœperit; dubitari non po id
test, quin jacturam sui facturus sit potius ler
quàm ab iis quidquam in sua emolument cu
reportaturus. Itaque Dominus Moyfi Æ in st
g)

Motus a-
nimi fra-
nensur.

gyptum ingressuro, quod filios non circumcideret, graviter comminatur, designans conversationem cum Ægyptiis homini non circumciso, nec mortificato plus damni, quam utilitatis afferre solere. Certè si Novitius probationis tempore non imitetur exemplum formicæ, omni studio æstate sibi ad hyemem transigendam frumenta congregantis; non parùm jaclabitur, cum ingruerit hyems tribulationum, & tempestas tentationum, nisi bene munitus & instructus caritatis, obedientiæ, humilitatis, ac patientiæ præsidiis, quibus comes sit voluntas efficax se despiciendi, & usque ad mortem consequendi Christum crucifixum, ad Dei gloriam & proximorum salutem.

Virtutes comparantur.

5. Quas ob res non immeritò dicere possumus, Domum Probationis Novitiis esse Bethleem, quam domum panis interpretantur; quod ex ea panes verbi Dei parentur, & cibaria parentur ad enavigandum periculosum hujus vitæ mare, quousque ad portum terræ Promissionis, quæ cælestis est Hierusalem, perveniatur. Ideoque experimento deprehendimus, Novitios, qui studiosius animo considerant, angere & dolere cum è Novitiatu educi se sentiunt, ac curatius cogitantes, quam parùm virtutibus instructi abeant, quæ sunt panes & cibaria,

4. Si & novitiatus non emittantur nisi bene formati.

quibus ad suam quisque navigationem conpro
ficiendam opus habet. Qui autem explige
tunt aut delectantur Novitiatu citò solvcau
apertè indicant parùm illud sibi perspectu per
esse, quantopere conferat bene illinc arm stri
tos procedere; nihilque ducere præstiti lū v
tam diem, cùm nequaquam vereantur ad si fo
lam inermes prodire & imparati. Hos bat
quidem monitos cupio, (faxit autem De se v
nè hac monitione egeant) nî sibi ad eam se c
em providerint, quâ ad Collegia & capi nã
fenda studia mittentur, fore ut multum no
gotii habeant, si priusquam litteris & d spi
ctrinis imbuantur, præclare in religiosa sit dif
plicitate non fuerint informati, *Scien* qu
enim *inflat*, & ab ea, ejusque argumen ob
emanant sui existimatio, judicium prop qu
um, opinionum diversitas, &, quod det inf
rius est, inter condiscipulos, atque adco cet
ter Fratres & Patres nostros divisio. V mo
illi, qui hanc primam diem ingrediens n jun
antè senserit se in suis defectibus examina cu
dis facilem & bene versatum, quàm ad ali ta
nos perspicandos & notandos descend
Væ etiam illi, qui insatiabili quadam st ma
diorum voluptate abreptus, nullam temp nū
ris partem spirituali profectui ex ipsis co Ph
ligendo tribuerit; quem non exiguum d an
cerpere solent ii, qui amorem suum omne lu
pr

1. Cor. 3.

1.

projecerunt in eum, à quo est omnis intel-
ligentia & sapientia. Neque verò aliam ob
causam disciplinas seclari debemus, quàm ut
per eas clariùs cognoscentes Conditoris no-
stri magnitudinem, bonitatem, sapientiam, il-
lū vehementiùs & diligentius diligamus. Id
si fortè difficilè cuiquam videbitur, incum-
bat modò in eum laborem sapius, ac in eo
se verset; neque adeò laboriosum opus ef-
se comperiet, cùm Maria & Martha germa-
næ sint sorores, quamvis in vitæ ratione
non consentiant; & studium litterarum &
spiritus fratres censeantur, licèt interdum
dissimili exercitatione segregentur. Ne-
que tandem spiritus ac literæ mutuis sibi
obstant impedimentis, si qui in utrisque,
quo par est studio elaborent. Singulare &
insigne nobis hujus rei, ut etiam virtutum
ceterarum, præstitit exemplum bonæ me-
moriæ P. Laines, qui mirificè semper con-
junxit scientias cum spiritu, maximè verò
cum solidis virtutibus humilitatis & cari-
tatis.

*5. Si Scho-
lastici Vir-
tuti sci-
entiam
jungant.*

6. Quapropter vae iterum illi, qui quò
magis se studiis litterarum addixerit, eò mi-
nùs intellexerit quàm nihil sit: cùm omnis
Philosophia non spiritualis modò, sed eti-
am moralis, quam Ethnici Philosophi co-
luerunt, hac sui cognitione & despicientiâ,

*A Schola-
stico non
bene in
Novitia-
tu forma-
to nil fru-
gis spe-
randum.*

54 Ep. IV. S.P.N. FRANC. BORGIAE uni
tamquam basi innitatur. Itaque eum Scholasticum, qui submissionis & despicientis sui loco, propriae inhiat opinioni & eximiationi, verè dixerim non capere quae dicit, plùsque dedidicisse, quàm didicit. quibus omnibus perspicuè sequitur, quod necessarium sit quemque in Domo Professionis amplam virtutum suppellectilem comparare, cùm ab Scholastico in arena functo expectari aliud non possit, quàm ex gentibus ventis ambitionis & vanitatis haudubiè ruiturum. Atque hinc nascitur mentis inquietudo, quâ aliis fastidio sunt, & perturbationi, dum pacem Domini in seipso non reperiunt. Hinc etiam oriuntur querimoniae, obmurmurationes, dissidia numerum, discordiae non modò inter Fratres, sed quod gravius est, ab ipsis suis Superioribus quòd eos in postremis habeant ad officii gradus, aliàque similia. Qua in re istiusmodi homines apertè declarant, ignorare quid sit Professionem edidisse, cùm eam ad honores & dignitates, ad quietem & otium atq; ampliora privilegia, falsa pietatis simulatione detorqueant. Heu quanto in errore versantur! Siquidem eorum mihi videtur esse similes, qui cùm medicamentum sumpserint, nihil de ejus effectu laborantes, obdormiscunt, cùm certum sit ex eorum

maj
nifi
rat
mis
qua
tut
sua
am
tion
ver
at
inq
vel
qu
um
nis
tur
qu
flu
fue
rec
ne
te
tur
in
cor
ser
tor
maju

maius corpori detrimentum proventurum, nisi ægroto salutem, quæ sperabatur, afferat. Ità Professio plus eorum nocet animis, quam profit, si suum finem non consequantur. Idcirco enim Professio est instituta, ut in vinea Domini alacriter operam suam quisque ponat; sitque ad obedientiam, submissionem, humilitatemque paratior; proximorumque necessitatibus subveniat, illisque perfectioris virtutis præbeat exemplum. Vos enim estis lux mundi, *Matth. 5.* inquit Christus, cum iis loquens, qui ejus *14.* vestigia persequuntur.

7. Hinc facile perspicitur, neminem, *6. Si Con-* quod ante dixi, ad litterarum studia idone- *scientio-* um fore, quin antea in pietatis & Religio- *nes non* nis disciplinâ firmum jecerit fundamen- *solum le-* tum; nec Professum esse posse, qualem re- *gantur,* quirat forma Instituti nostri, nisi in utroque *sed etiam* studio pietatis & doctrinæ sedulò versatus *observan-* fuerit. Quod Deo aspirante eveniet, si in *tur.* recipiendis in Societatem hominibus ea teneantur, quæ in prima Constitutionum parte præcipiuntur: si in Novitiatu ea serventur, quæ sunt in tertia parte: ac demum si in Collegiis ea adimpleantur, quæ 4. parte continentur. Et quoniam mihi ad omnes sermo est, vehementer unumquemque hortor ac precor, nè sola lectione eorum, quæ

55 Ep. IV. S.P.N. FRANC. BORGIAE uni
Constitutiones nostræ præscribunt; & a
miratione divini spiritûs atque ordinis, q
in ipsis elucet, contentus sit: sed multò m
gis incumbat in observationem, cùm ab h
sola pendeat fructus spiritualis, & progr
sus, quem omnes optamus. Vellem eq
dem hac de re plura dicere, tum officii m
vinculo adductus, tum quod vos alloqui p
litteras (quoniam viribus & valetudine m
pedior, quò minùs possim Provincias in
lustrare) multò mihi jucundissimum est
sed hæc ipsa pauca cùm sub Procuratoru
adventum paullo ante ægritudinem me
scribere instituissem, ex ea, licèt diuturn
tandem convalescens, tantam contraxi vi
um imbecillitatem, vix ut paucos hos ve
sus dictare sinè gravi molestia possim. Qu
re nè scribendo longiùs provehar, & ad
borem affectæ valetudinis minuendum, t
tui ad summa quædam capita ea revocat
de quibus mei muneris esse censeo vos a
monere, nè zizaniorum disseminator agr
nostros ut initio dicebam, ingressus, quo
Spiritus sanctus in corda nostra per gratia
vocationis nostræ sparfit, salutare semen e
tinguat. Ac majorem in modum peto ab
mnibus, ut Deum precentur, quo nob
omnibus concedat, ut non in eorum num
ro simus, qui cùm iter facturi, ocreas ind

ti, adjunctisque calcaribus, superfedentes itinere in diversoriis commorantur: sed continuo curramus alacrius ac velocius in via perfectionis, donec perveniamus ad montem Dei Horeb.

3. Reg.
19. 8.

8. Illud igitur in primis occurrit, quod habetur initio decimæ Constitutionum partibus, ubi de ratione agitur, qua conservari Societas & augeri possit, his verbis: *Media illa que cum Deo instrumentum conjungunt ac disponunt, ut à divina manu rectè gubernetur, efficaciora sunt, quàm que illud disponunt erga homines. Hujusmodi est probitas & virtus, ac præcipuè caritas, & pura intentio divini servitii, & familiaritas cum Deo in spiritualibus devotionis exercitiis, & zelus sincerus animarum ad gloriam ejus, qui eas creavit ac redemit, quovis alio emolumento posthabito.* Dignæ planè voces, quæ ab omnibus attentissimè considerentur, cum eas B. P. N. suis filiis tanto studio & amore scriptas reliquerit. Nam si paullo attentius consideremus, verè agnoscemus, cum ea non adhibentur, quæ instrumenta cum Deo magis conjungunt, omnes sacrorum Ordinum ac Religionum dissensiones ærumnæque subsequi ac succrescere. Ut enim ex siccitate terræ, arborum flores & fructus arelcunt; ita si mens religiosa in meditationibus

*Media
que DEO
nos jun-
gunt.*

nibus & piis exercitationibus arida perseve-
ret, omnis flos fructusque spiritualis exur-
tur. Quare qui se in Christi crucifixi m-

*Qualia
sunt : 1.
Amor, &
tolerantia
crucis.*

ditione atque imitatione minus exercui-
non modò tepidum se sentiet in tolerand-
pro Christo laboribus, sed etiam laborum
ipsorum impatientem: ac sibi nimum pro
cul dubio arrogabit; aliosque despiciet
quòd rarius inter orandum de sui ipsius co-
gnitione, & vilissima hominis conditione
cogitaverit. Præclarum omnino, & su-
villimum in omnibus molestiis nostris re-

Exod. 14. medium est Crux Salvatoris. Si enim vi-
ga Moysis perdidit Ægyptios; quantò ma-
gis sæculares ac Ægyptios animorum no-
strorum inotus Crux Christi profligabit.
Qui si adhuc vigent vivuntque in nobis,
certè in Cruce positam vitam nostram non
habemus. Nam cui in ea viventi quid
quam ad summam animi tranquillitatem vel
jucunditatem desit? Quòd si rebus utimur
secundis, ejus beneficio id fieri putandum
est: sin autem acerbitatibus & ærumnis
premmur, in ea proculdubio mitigantur.
Quis audeat cum habitatoribus Crucis

Rom. 8. Christi pugnare? *Quis nos separabit à cari-
tate Christi?* Quare si qui ab hoste vehe-
mentiùs oppugnati tandem superantur; id
eò fit, quòd eas res pro viribus adhibere

nolunt, quæ nos arctius cum Deo Opt. Max. perfectiusque conjungunt. *Perditio* Ose. 13. *ex te Israël: tantummodo in me auxilium tu-* 9.

um. Si autem huic decimæ partis præscripto pareatur, nihil præterea requiretur ad vitam quietam, & sinè ulla dissensione traducendam. Atque ita fiet ut idem omnes cogitemus, & sentiamus, nemoque vel victu, atque vestitu, vel de imposito sibi munere conquera-

tur. Quia *caritas benigna est, non inflatur, non agio perperam, non querit quæ sua sunt, &c.* 1. Cor. 13. 4.

9. Quod ad virtutem Obedientiæ pertinet (ad quam Societas omnia refert, tamquam ad scopum & vexillum, quæque ejus est turris præcipua) etsi nonnulla fortasse dicenda erant, tamen quia B. P. Epistolam de ea scripsit, non utilem modò, sed omni dignam admiratione, quippe cui nec quidquam addi possit, nec detrahi; ad eam vos remitto, cum hac una voce Evangelii:

Hoc fac & vivet. Hoc enim in Domino nobis polliceri possumus fore, ut si quæ in illa continentur præstiterimus, perfectæ Obedientiæ filii nominemur & simus. Luc. 10. 28.

10. Cùm de Paupertate in sexta Constitutionum parte B. P. N. IGNATIUS ageret, eam esse confirmat instar muri fortissimi Religionum, quo illæ in statu suo & disciplina conservantur, & à compluribus ho-

ho-

hostibus proteguntur. Quare maxima nobis est ratio habenda tanti praesidii. Illudque in primis sollicitos nos tenere debet, Religionis aut zeli specie dum Collegia stabilire, aut Domibus volumus adiumento esse, subeat animum sollicitudo immoderatio, propensioque cupidior, quam probari possit hominibus externis & saecularibus, atque adeo domesticis ipsis dolorem afferat & moerorem. Nam cum curam vehementiorem habendi prohibitam nobis in Evangelio sciamus, illud omni contentione vitandum est, ne praetextu zeli alicuius minuatur in nobis nostrae recordatio paupertatis; ac subintret cupiditas bonorum temporalium, quae certissima pestis est Religionum earum, quae aditum penitus huiusmodi perversis affectibus non occluserunt. Nec tamen ideo interdictum poterit, quo minus Collegia, & Domus elegantiores necessitate exposcente honeste moderatisque rationibus juvari possint: illud tamen dico, quod aliquando animadvertum est, multis Collegiis usu venisse, ut dum studio nimio procurandae dotationis varios modos exquirunt, aliis negotium potius facerent importune, quam exemplo aedificationique fuerint. Cum autem huiusmodi rationibus humanis posthabitis, ea

conati sunt Nostri conservare, quæ pauca Collegiis donata fuerant, brevi tempore, unde minimè sperarent, aut sperare potuissent, divina providentia pro ipsis advigilante, uno anno adepti sunt, quod frustra pluribus annis concupiverant. Hæc verò idcirco à me dicta sunt, ut intelligatur appetitu isto immoderato rem nostram bene non geri, quin potius indè jacturam non lucrum existeret. At contra ubi cum moderatione in silentio & spe proceditur, prospere cuncta succedunt; proximi bene ædificantur; nosque ipsos veræ Paupertatis titulo gaudentes majore gratia, & propensiore auxilio Christus prosequitur. Quia tibi dereli-

Psal. 10.

Etus est pauper: orphano tu eris adjutor.

14.

11. Sed & illud operæ pretium mihi visum est, excitare Patres ac Fratres in Christo mihi dilectissimos, ac hortari in Domino, ut memores sint, nos per vota Deo nuncuptata semel mortuos esse, vitamque istam jam non esse nostram, sed illius, qui suæ non pepercit, ut eam nobis impartiret: atque ideo æquum esse, ut eam in ipso abscondamus, quam si nostris viribus conservari in nobis posse credimus, graviter decipimur. Nos autem mortuos esse in Christo, hæc signa testantur, si non videamus, non sentiamus, non respondeamus: ut qui oculos ha-

beat

4. Mors
in Chri-
sto.

beat apertos, ut aliena facta dijudicet; respondeat etiam facile, & contradicat iis quæ ab Obedientia injunguntur; doleat conqueratur, si quando suorum defectuum commonefiat, argumento sit certissimum eum nondum esse mortuum, sed planè vere cupiditatibus suis, oblitum ejus propositi, quod principio vocationis suæ arripuerat.

3. *Simplicitas in admittenda correctione.*

12. Quæ idcirco commemoro, quòd audiam initio nascentis Societatis eximiam quamdam synceritatem, simplicitatemque floruisse inter Nostros, cum admonitiones ac correctiones non mœrorem, non amarorem afferrent, sed amorem cum grati animi memoria & significatione conjunctum. & jure id quidem. Nam si sæculares homines, qui coram Principe aliquo ad stare debent, grati in eos esse solent, quorum indiciò vel infectam sibi esse corporis faciem, vel aliud quippiam non ornatè compositum intelligunt; quantò majorem gratiam habere debet is, cui ab alio indicatur, quibus maculis anima fœdetur, ut ante Dei conspectum lotus ac purus veniat. Quòd si aut dolor, aut perturbatio, aut etiam abalienatio pro gratia succedat, in horum & quidem gravissimorum detrimentorum alterum necesse est incurramus, ut vel nullo

nos monente ac corrigente, vitia in nobis altiores agant radices; cum nemo sit, qui ejusmodi infirmo, correptionis impatienti, audeat adhibere medicinam; vel si adhibetur, cum ea recipiatur stomacho indignabundo, amaro animo, facile impleatur domus tota felle & amaritudine propter illos, qui ut minus perfecti, neque admoneri volunt, neque corrigi. Quare nulla nos istius sanctæ simplicitatis, veræque humilitatis oblivio capiat, cum scriptura dicat; *Cum simplicibus sermocinatio ejus,* Nec mirum sit ibi abesse communicationem Dei, *ubi non est simplicitas.* Prov. 3. 32.

13. Jam verò sicut lex Christi circumcisionem corporis vetuit, ita commendat præcipuè cordis circumcisionem ei, qui Christi vult esse Discipulus, quippe qui ad hoc vocetur, ut abneget semetipsum, tollat Crucem suam, atque ipsum sequatur. Pari ratione vetantur in Societate publicæ mortificationes, ob justas & graves causas: at propriæ voluntatis abnegatio, & interior mortificatio sic proponuntur, ut qui aliter faciat, eum pro legitimo filio Societas non agnoscat. Et sanè manifesto est indicio, minimè illos animadvertere, quodnam voluntati propriæ supplicium debeat, quæ Deum Creatorem suum non est verita of-
fen-

6. Mortificatio, & Abnegatio sui.

fendere ; cùm illi obsequuntur & ad blandi per
 untur , neque eam tractant pro merito Na
 quod non est aliud , nisi omni studio emittit
 nihil unquam ut fiat , quod ipsa velit. Vifam
 redum porrò est , nè harum rerum incurdese
 grave damnum afferat Societati : idémq lum
 ipsi contingat , quod vineæ , quæ suis tennem
 poribus non putatur , quam sterilefcere Qu
 interire paucis annis videmus ; neque un Siqu
 ferre , sed in palmites & sarmenta silvescitu
 re. Ità planè apud nos , si qui animum Itac
 commoda sua vehementiùs adjunxerint , pmu
 riculum est , nè mortificationis obliti pdis
 racemis sarmenta proferant , quæ ad nih mu
 lum valeant , nisi ut in ignem mittantur ac
 Atque ex incircumcisâ voluntate , atque phe
 more proprio aliud etiam incommodum (care
 quitur , nempe quod densissima quædam mir
 bes ex corde immortificato exoritur , qu trar
 ipsi præsentiam divini conspectus obscurati
 atque adeò tollit. Et verò cùm mihi in que
 nimium subeunt dona & virtutes B. P. Mud
 IGNATII , aliorumque Patrum , qui pido
 mitiæ quodammodo fuerunt Societatis
 cum sua omnia sic agerent & decenerent tra
 perinde ac si præsentem Deum intuerentur Ext
 sic afficior intimis sensibus , ut nihil malio Pro
 quàm nè tantorum donorum , tantarumq cem
 virtutum , quas Societati Deus cœpit inun
 per

7. Memo-
 ria præ-
 sentis Dei.

oland
merito
o emi
itineris
columnam igneam cælitus demif-

Visam, tot nihilominus pericula & labores in
incun
deserto adiit; quid fiet illis, qui cælesti illo
émq
lumine destituti, per hujus vitæ solitudi-

is tenem, tot periculis obnoxiam gradientur?

cerere
Quàm facile poterunt in errorem induci?

ne un
Siquidem non nisi in lumine Dei lux aspi-

lvescitur; Quia in lumine tuo videbimus lumen. Psal. 35.

num
Itaque inter hæc monita hoc sit non ulti-

int, p
mum, ut omni studio incumbamus in cor-

iti p
dis nostri mortificationem; atque opere-

d nih
mur omnia opera nostra in conspectu Dei

tantu
ac Domini nostri, dicamúsque cum Pro-

que
pheta: Propter hoc latatum est cor meum; & Psal. 150.

lum
caro mea requiescet in spe. Nec quisquam 9.

am m
miretur, si nè corpore quidem quieto &

or, qu
tranquillo vivat, cum nullam dat operam,

scure
uti Deum semper præsentem habeat. Ne-

hi in
que enim hoc donum confertur iis, qui il-

. P. N
ud minus æstimant, sed qui in eo assequen-

ui p
do plurimum elaborant.

etatis
14. Licet autem hæc Societatis no- 8. Velle

neren
stræ vinea, quæ, sicut principio scripsi, premi, cõ-

entur
Extendit palmites suos usque ad mare, jam temni,

malin
protulerit & frondes & flores, nec ra- Psal. 79.

umq
cemi desint; hoc tamen expectatur, ut vi- 12.

bit in
num copiosum fundat, cujus causâ vinea

E omnis

omnis conferitur : idque ut fiat , uvas in fur-
 cesse est in torcular injici , & calcari. Hoc est
 forsitan nobis, Fratres carissimi, deest , quod cal-
 non gustemus , neque cum voluptatis feracitate
 optemus calcari , premi, contemni, ut optime
 tate consolationis atque exultationis vinum Ch-
 proferamus. Meminerimus Christum de mu-

Isa. 63. 3. xisse ; *Torcular calcavi solus*. Quis jam con-
 cari recusabit, cum videat in torculari Ch-
 stum premi, ut fundat nobis illud vinum lu-

Matt. 26. de quo ipse dixit : *Non bibam amodo de*
 29. *genimine vitis , usque in diem illum , cum illud est*
bibam vobiscum novum in regno Patris me-

Nam nisi fumum vani honoris atque ex-
 stimationis propriae proculcaverimus, fac-
 ile ab hostibus nostris calcabimur, & Ch-
 sti Discipuli esse desinemus.

Quantum 15. Verum ut tandem huic Epistola
 Vocationi finem imponam , atque ad unum caput
 nostra de- omnia reducam , quae maximè à vobis de-
 beamus. dero ; sit nobis continuò ante oculos ill-

1. Cor. 1. Apostoli : *Videte vocationem vestram , Et*
 26. *tres*. Si quis igitur humiliandi se desid-
 rio tenetur, etiam atque etiam cogitet quae
 tum debeat vocationi suae , & quid ab
 gratia illius exposcat : in dictis , factisque
 omnibus circumspiciat, an dici fierique de-
 beant ab eo, qui in hanc Societatem sit
 scriptus. Omnia metiatur ad illam me-

furam, eritque in locutione modestus, honestus in conversatione, assiduus in aedificatione proximi, prudens & sanctus in operationibus suis, potens in revocandis hominibus à peccato, ardens in tolerandis pro Christo & ejus Ecclesia laboribus, ac demum unus ex iis, quos Constitutiones nostrae informant atque instruunt, qui cum salutem propriam invigilet, idoneus sit & in salutem proximorum incumbere: eritque is operarius, de quo merito dicatur: *Dignus Luc. 10. est operarius mercede sua.* Utinam permulti à Deo in hanc vineam suam mittantur, ut suppetat copia multos non solum in Europam, sed & in Africam, atque Asiam, Indiãque mittendi; atque ut dum omnibus ubique terrarum ad Christum trahendis opera ponitur, tandem fiat *unum ovile; & unus Pastor.* Ille, qui suarum nos ovium numero aggregavit, optimus & verissimus Pastor CHRISTUS JESUS, eam nobis tribuat gratiam, ut ipsius vocem verè audiamus, ac tandem in hac vita per gratiam, & in cælo per gloriam eum cognoscamus.

16. Quoniam verò quantum homini afflictâ valetudine licet conijcere, tempus resolutionis meae instat, omnes oro atque obsecro, ut quæ est vestra caritas, in precibus & sacrificiis vestris habeatis me apud

E 2 Deum

68 *Ep. IV. S. P. N. FR. BOR. UN. De med. &*
Deum commendatum, ut hoc exiguo tem-
pore, quod mihi reliquum est vitæ, gratia
Vocationis meæ agnoscam, & ex ejus sp-
ritu actiones meas definiam, atque ad ite-
ram ipso omnibus diebus meis. Quo-
ipsum peto, petamque à Deo quoad vivam
pro tota Societate, sicut à me non solum
officii mei ratio, sed etiam singularis erga
ipsam caritas suo jure flagitat. Roma
mense Aprili, 1569.

RR. VV. Servus in Christo

FRANCISCUS BORGIA

I.
Sta
du
Inf
mo
luc
EPISTO lus